

14 -C- 201/2

PAPYRI IANDANAЕ  
CVM DISCIPVLIS EDIDIT CAROLVS KALBFLEISCH  
FASCICVLVS QVARTVS

INSTRVMENTA GRAECA PVBLICA  
ET PRIVATA

PARS ALTERA

EDIDIT

GEORGIVS SPIESS


ACCEDVNT  
III TABVLAЕ PHOTOTYPICAE



1101/I.



Inv. čs: 289  
Sign: 198



LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXIV

## INDEX

	p.	tab.
52 (P. 41) Instrumentum divisionis (a. p. Chr. 96)	129	XII
53 (P. 25) Libellus querulus (a. 96/8)	131	
54 (P. 94) Venditionis instrumentum (ca. med. s. II)	135	
55 (P. 144) Index hominum (s. II)	137	
56 (P. 48) Ratio accepti auri coronarii (s. II)	138	
57 (P. 66 <sup>r</sup> ) Ratio vectigalis colonis publicis impositi (s. II)	142	
58 (P. 66 <sup>r</sup> ) Ratio tributorum (s. II)	142	
59 (P. 97) Apocha portorii (s. II)	143	
60 (P. 20) Formula (s. III/IV)	144	
61 (P. 163) Ratio torcularia (s. IV)	145	
62 (P. 36) Pigneratio puellae ingenuae (s. VI)	146	
63 (P. 8) Ratio reddituum magni possessoris (s. VII in.)	148	XIII
64 (P. 65) Ratio expensorum (s. VII)	152	
65 (P. 30) Index hominum (s. VII)	153	
66 (P. 31) Apocha παταβολῆς (s. VII/VIII)	154	
67 (P. 63) Ratiuncula (s. VII/VIII)	154	

## APPENDIX LATINA

68 (P. 103) Rescriptum (s. II)	156	XIV
68a (P. 116) Frustum (s. II)	158	
68b (P. 161) Inscriptio epistulae (s. V/VI)	158	XIV

## 52

### INSTRUMENTUM DIVISIONIS

(P. 41) m. Iul. vel Aug. a. p. C. 96 10,5 > 17,2 cent.

Haec charta omnium quae hoc libello continentur una et tempus et locum quo scripta est asservavit. Theadelphiae in vico Themistae regio-  
nis, qui nunc est Harit (cf. Grenfell-Hunt, *Fayûm Towns* p. 51 seq.) ex-  
arata est mense Caesareo, qui est Μεσορὴ Aegyptiorum, anni p. C. 96.

Argumentum certe cognoscitur, quamquam papyrus maxime lacerata  
est: διαιρέσεως est instrumentum<sup>1</sup>), quo Mysthas et Onnophris Maronis  
filius<sup>2</sup>) certas quasdam aquas inter se dividebant, dum sibi maneret con-  
ductio. Quae fuerint aquae non iam intellegi potest, praesertim cum  
deleta sit vox illa post ύποκειμένων l. 9.

Ἐ[τ]ους πεντεκαιδεκάτ(ου) αὐτοκράτ(ορος) Καὶ[σ]αρος  
Δομι[τια]νοῦ [Σε]βαστοῦ Γερμανικοῦ μηνὸς Καισαρείου  
[.] ἐν Θεαδελφείᾳ [τ]ῆς Θε(μιστού) μερόδος [μερίδος] τ[ο]ῦ Αρσινο[ίτου]  
νο[μο]ῦ. Όμολογοῦσιν ἀλλήλο[ις] Μύ[σ]θ[ας . . .]!  
5 [ο]ντος φ[ι]στῶ[ν] τριάκοντα πέντε [ο]ὐλὴ [δ]αχ[τ]ύ[λῳ] μ[ε]τ[ρῷ]  
[χειρὸ]ς ἀρ[ισ]τερᾶς καὶ Οννώφρεις Μέρωνο[ς] ὡς [ἐτῶ]ν τριά-  
κοντα] οὐλὴ δ[αχ]τύλω μικρῷ χ[ει]ρὸς ἀριστερᾶς—  
δ[ιε]ιρ[η]σθα[ι] πρὸς ἔαντον[ς] ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐφ' δν  
χ[ρόνον] μεγ[α]λ[η]τοῖς ἢ τῶν ύποκειμένων . . . [.] μίσ-  
10 θ[ωσ]μις ἀπὸ [το]ῦ εἰσιόντος ἐκκ[α]κ(α)δεικ[ά]τον [ἔτο]ν[ς] α[ρ]ιστοκράτ(ορος)]  
Κ[αίσαρος Δο]μιτιαν[ο]ῦ Σεβ[ασ]τοῦ Γερμανικοῦ καὶ  
λε[λογχ]έναι τὸν [μὲν Μ]ύσθαν εἰς τὸ ἐπιβάλλον  
αὐ[τῷ] (ῆμισυ) μέρος [τὸ] Αγῶνα λεγόμενον ἀπὸ τοῦ ἐνόντος  
διαβάτον εἰς τὸν νότον μέχρει παλαιοῦ ἐκβλύ[σ-]  
15 μ[ατο]ς λεγόμ[εν]ον Φ. ιαραρι[.] πα[.]ιαγ[.] .[.]  
α[.] .[.] .[.] .[.] .[.] τὸν δὲ Οννώφρον [δομοίως]  
λελογ[χ]έν[αι] εἰς τὸ α[ρ]ιστερᾶς (ῆμισυ) μέρος . . .

1) De his vide Gradenwitz, *Einführung* p. 69 seq., Mitteis, *Grundzüge* p. 270 seq., comparari potest exemplum BGU 234.

2) Putaverim eundem esse qui memoratur P. Iand. 27, 2; 28, 2; supplendum igitur erit P. Iand. 28, 24 δαχτύλ(ο) μικρ(ό) [χειρὸς ἀριστερᾶς].

καὶ ἐκ τοῦ πρὸς λιβᾶ μέροντος δὲ τῶν τῶν μ..[.]·[ ]  
 λ[.]υ[...].δα[...] καὶ ἐκ τοῦ πρὸς νότον μέροντος Ἀδαμαστ[ ]  
 20 λεγομένου, λιβὸς διόρυγος Π...[...] κα[λ] .βαβ.[ ]  
 διόρυγος, νότον. [.]υτοὺς Ἡρακλεῖδον τοῦ Π[.]ι.....[ ]  
 καὶ ἔτερον μέρος Μυὸς λ[εγομέ]νον νο.[ ]  
 βο[ρ]ο[ρ]ᾶ .[.] .π.[...]ς γῆ, λιβὸς λιβανὴ δ[ι]όρυγ[ξ]  
 φρό[ο]ν δραχμῶν [έματὸν] εἰκοσι ὅ[ς] καὶ ...[ ]  
 25 [ M]υὸς [ .].[ ]

1 καὶ[σ]αρος P 2 γερμανικον tam neglegenter scriptum est, ut singulae litterae vix possint distingui, cf. P. Iand. 33, 10 19 20 3 θε[—] P 61. Ὄννᾶφρεις 81. διηρήθαι 91. μενεῖ 10 εὐδεκατον P 13 § P 141. μέχοι 20 211. διάρυγος 231. διάρυξ

2 Mensem Caesareum esse Μεσορὴ Aegyptiorum docent papyri, in quibus ambo nomina leguntur, cf. exempla quae collegit Hohmann, *Zur Chronologie der Papyrusurkunden* (1911) p. 69, qui annotat nomen Καισάρειος pro Μεσορῇ legi ab anno p. Chr. n. 41 saepius, non iam a medio fere saeculo II.

4 Μύσθας supplendum esse docet l. 12; multo saepius legitur Μύσθης. Notatu dignissimum est, quod semper genetivus est Μύσθον neque usquam legitur Μύσθα vel Μύσθατος; semel modo inveni Μύσθαν P. Fay. Ostr. 7, 1.

8 διειρῆσθαι: sic scriptum semper fere legimus perfectum compositorum verbi αἴρεω, a primis Lagidarum temporibus, cf. Crönert, *Memoria Gr. Herc.* p. 38 n. 2, Mayser, *Gramm.* p. 127. Formam διηρῆσθαι non inveni nisi P. Flor. 50, 118; Lips. 26, 6; Strassb. 29, 4; Oxy. III 503, 5. ἐπὶ τοῦ παρόντος i. e. nunc (cf. Witkowski, *Epist. priv. Graec.*, ed. II p. 171) mirum in modum abundat, cum legamus in eis quae sequuntur ἀπὸ τοῦ εἰσιόντος ἐκπαιδεύτοντος. Invenitur haec formula etiam in aliis eiusdem generis instrumentis: P. Teb. 382, 3; Oxy. III 503, 5. ἐφ' ὅσον χρόνον μενεῖ: idem legimus P. Class. Philol. I p. 169, 9; BGU 234, 6 (cf. Wilcken, *Arch. IV* p. 174). Differt ἐφ' ὅσον χρόνον βούλει πτλ., cf. Waszyński, *Die Bodenpacht. Agrargeschichtliche Papyrusstudien* (1905) p. 91.

13 Accipit Mysthas partem, quae Ἀγῶν nominatur, ex loco, quo transitum praebet, ad meridiem versam usque ad antiquam derivationem.

14 Vocem διάβατον non norunt lexica; nisi quod Du Cange in Gloss. med. aevi Graec. habet διάβατα. Primum hic legitur ἐκβλυσμα quoque vox, eadem significacione atque ἐκβλυσις, qua semel usus est Origenes (cf. Sophocles Lex. s. v.), bis Eustathius (cf. Stephani Thes. s. v.). Hac in papyro videtur significare locum quo emanat minor aqua e maiore.

20 διόρυγος: de orthographia cf. Crönert, *Mem. Hercul.* p. X, adde P. Iand. 26, 10.

25 Post hos mutilos versus perierunt verba quibus se βεβαιώσειν τὰ ὄμοιογημένα spondebant et subscriptiones Mysthae et Onnophris et scribarum graphei notae.

53

### LIBELLUS QUERULUS

(P. 25) ca. a. p. Chr. 96/8

41 > 21,5 cent.

Haec charta, cum misere lacerata sit, multas quas nondum supplevi lacunas exhibet, neque tamen ita deleta est, ut quod sit argumentum, perspici nequeat. Satis magnam fuisse chartam ostendunt fragmenta quae exstant trium columnarum, quarum prima septemdecim versuum fuit, sedecim altera. Scripta videtur temporibus Nervae (cf. col. I 1) vel paulo post, cui rationi favet et scripturae modus et qui memorantur praefecti: C. Septimius Vegetus, M. Mettius Rufus, C. Petronius Secundus.

Libellum querulum fuisse ut concludamus, monet vox, quae saepius legitur, ὑπέργραφεν. Hac enim proprie significatur subscriptio<sup>1)</sup>, qua magistratus libellos ad se datos diiudicat aut alii magistratui diiudicandos demandat, cuius rei exemplum velim conferas BGU 5, II 17 καὶ ὑπογράφθαι αὐτῷ (scil. τῷ ἀναφόριον) ἐντυχεῖν τῷ στρ(ατηγῷ), 168, 19 seq. καὶ ὑπέργρα-[ψα] ἐντυχεῖν .., 614, 18/9 καὶ ἐτυχ[ον] ὑπόγραφῆς οὕτως ἔχοντος "└ κε" χολακ ἢ Εἴ τι δικαιον ἔχεις, [τ]ούτῳ χρῆσ[θαι] δύνασαι<sup>2)</sup>. Videtur igitur agi de causa, quam ut diiudicarent omnes qui commemorantur praefectos adiit qui libellum conscripsit. Atque servatam esse puto Petronii sententiam col. II 5 lacunis illam quidem vitiatam et Mettii Rifi, quam legimus col. III 7 Ε[ι] μὲν χρόνος ἐστίν, ἀπολύτῳ πτλ.

Cum autem ἀπολύτειν sit solvere, liberare<sup>3)</sup> aliquem onere quodam, ut adhibitam videmus vocem P. Fay. 106, 16 seq. καὶ κελεῦσαι ἡ[δη με] ἀπολύτηναι τῆς χρείας, P. Amh. 94, 18 ἔως οὖν ἀπολυθῶ τῆς γεωρ[γίας] πτλ., et postea legamus col. III 7 τὸ μεμισθω[μένον], non dubitabimus sumere petuisse eum qui dabat libellum, ut liberaretur conductione. Neque puto erratuos nos esse referentes hanc conductionem ad agros qui nominantur δημοσία ἀδάφη col. II 6. Quo nomine comprehendendi solent agri optimi (γῆ ἐν ἀρετῇ vel ἐνάρετος), qui conductionis specie tribuebantur colonis publicis.<sup>4)</sup> Horum condicionem miserrimam<sup>5)</sup> fuisse constat: permagnum

1) cf. Mitteis, *Grundzüge* p. 38 seq. — De sensu qui est *subscribere aliquod pactum* conferas Gradenwitz, *Einführung* p. 142 seq., Mitteis, *Grundzüge* p. 56 seq.

2) cf. etiam BGU 180, 28; 582; 614, 18.

3) De usu verbi eiusque synonymis cf. Meyer, P. Giss. I 3 p. 14, de altera verbi notione quam in chirographis Byzantinis invenimus cf. Mitteis, *Grundzüge* p. 89.

4) cf. Rostowzew, *Studien zur Geschichte des römischen Kolonates* (= *Arch., Beiheft 1*) p. 131 n. 1.

5) ibid. p. 164 seq., quem sequar in hisce rebus tractandis.

εκφόροιν pendere debabant neque ullo modo desistere agris eis licebat, si maiore tributo premebantur. Huc accedebat, quod certum conductionis tempus non erat, sed unoquoque anno nova locatione, cui διαμεσθωσις nomen erat, et tributum et ager mutari poterat. Qua re saepius efficiebatur, ut coloni agros longe ab ipsorum vico remotos colerent.<sup>1)</sup> Quae cum ita sint, quoniam coloni officio astricti nulla ratione solvi possunt, apparet colonum non fuisse eum, qui scripsit libellum, aliterque explicanda esse verba: δημόσια ἐδάφη. Quod ut faciamus, monemur etiam voce [ἐπίθ]εμα, quam legimus col. II 6. Scilicet δημόσια ἐδάφη praeter bonos interdum nominantur agri minoris pretii, qui locabantur ἐξ ἀξίας, id est tributo quod pretio aptum erat, neque his in locationibus certum tempus deerat. At tamen hac quoque in ratione magnis molestiis gravabantur conductores, cum, si ἐπίθεμα factum erat, id est, si quis maius tributum se solutum esse promiserat, is qui conduxerat expelleretur aut, si nemo erat qui conducere agros vellet, is qui tenuerat cogeretur perseverare. Cogitari potest idem accidisse petenti, coactum eum esse colere agrum praetermissio iam tempore conductionis, qua de causa eum a Septimio Vegeto praefecto, deinde a Mettio Rufo petiisse dixeris ut liberaretur. Ac Mettium quidem Rufum non absolvisse eum nisi certa condicione demonstratur verbis col. III 7: Ε[ι] μὲν χρόνος ἔστιν, ἀπολύτω, quae condicio cum locum habere non videretur, postea Petronium Secundum praefectum adiit. Haec fere si statuerimus, valde dolendum esse intellegemus, quod tam deleta est charta, ut singula perspici non iam possint.

Col. I: Agnoscitur in exitu I. 1 Ν]έρονα, 1. 2 χρόνων, 1. 4 χρόνον, 1. 13 γ]εωρ[γ.., 1. 16 το]ῦ ἐνιαυτοῦ ὑπέ[γραψ]ε[ν], 1. 17 quam spatium vacuum praecedit, το]ῦ [ἐ]γιαντοῦ

Col. II ἀγο[μέν]ον δὲ καὶ ἐ[τ]ησ[τ]ουν εἰ[σ] πλ]γίωσιν τ[ῆ]ς  
πεν[τα]ετίας· ο αν[...]. σ. ντα[...]έγιαψεν  
'[ἀδι]κοῦμαι τ[οῖς] ἐπάνω'.  
Καὶ [Πετρ]όφνιος Σεκ[οῦ]νδος ε[πὶ] τοῦ αὐτοῦ Αφρο[ο]διτο-  
πολ[ιτου]ν 'ἐν τοῖς τοῦ ια (ἔτον) Αο[μιτ]ανοῦ· ὑποδειχθέν-  
τος [ἐπίθ]εμα δεδόθ[α]ι κατὰ [δημ]οσίων ἐδαφῶν  
τω[...] ε[πὶ] ἐτη δύ[ο] καὶ τὸ τ[...] ἐπὶ τὸ ἐδαφος  
ὑπ[...]νον [ο]ῦ δ χρό[νος...] (ἔτῶν) ἐπ[λ]ηρούντο

1) ibid. p. 213, quo loco Rostowzew egit de P. Lond. 322, vol. II p. 159, de qua vide etiam Wilcken, *Grundzüge* p. 293.

Sequuntur trium linearum reliquiae, deinde quinque linearum a margine revocatarum initia haec: 12 [.].πεφη[ν..] 13 ἐν το[τ]οῦ τ[  
14 τελεθω[ 15 καὶ ἐκασ[τ] 16 αὐτ[ο]ῦ [

Col. III καὶ Μ[έτ]τητο[ο]ς Ρο[ῦ]φο[ο]ς ἐπὶ Μαρεώτου [έ]ν [τ]οῖς τοῦ ξ  
[(ἔτον)]·  
ἀχ[θέν]το[ο]ς τ[ὸ]ν γεγρ[α]φέναι Σεπτιμίῳ  
Οὐεγ[έ]τω[ι] Φλόρον τινα ἐπιτεθεικέναι τῷν  
ἐπ[ιπέ]δων ἐπ[λ]η χρόνῳ ὅντι εἰς π[λ]ηγίωσιν (δραχμᾶς) φ  
5 σὸν [π]ροσδιαγρα[φ]ομένοις ἐφ' ἐτη δ καὶ μηδ[έ]ν  
ἀντ[ιγ]έγρ[α]φεν? Μέττιος Ρ[ο]ῦφος ὑπέγραψεν.  
Ἐ[ι] μὲν χρόνος ἔστιν, ἀπολύτω. Ο δὲ τὸ μεμι-  
σθω[μένον] ἄλλω καὶ ἐτι ε[.....] μετ' ἐπι-  
θέμ[ατος] . . . δέξασθαι βο[.....]σαι τεσ-  
10 σα[ρ]ο[.....]ντο ἐπιθ[εμα] . . . vacat

Col. II 5 8 9 § P Col. III 4 § P 61. ἀντ[ιγ]έγρ[α]φεν<αι>

2 πενταετία: In quinquennium conducti fuisse videntur agri, cf. P. Iand 30, 13.

3 [ἀδι]κοῦμαι supplevi, cf. P. Hib. 34, 1; 133. τ[οῖς] ἐπάνω i. e. eis quae supra attuli; indicatur his verbis exposuisse in praecedentibus quae exciderunt petitorem, qua iniuria affectus esset.

4 T. Petronius Secundus praefectus Aegypti successit M. Mettio Rufo, de quo infra. Qui cum ab anno 89 fere usque ad medium annum 94 magistratu functus sit, Petronium vero praefectum fuisse anni 95 mensis Martii die 14. demonstretur titulo Aegyptiaco (cf. Cantarelli, *La serie dei prefetti di Egitto* I p. 80 in *Atti della R. Accademia dei Lincei*, ser. V, vol. 12 (1906) fasc. 2) concludi licet Petronium Secundum non multum post ultimam illam Mettii Rifi mentionem, exeunte anno 94 factum esse praefectum. Non diu provinciae praefuit, nam anno 96 eum praefectum urbi fuisse, postero iam anno mortuum esse constat, cf. Rohden-Dessau, *Prosop. I. R.* III p. 29 n. 226.

ἐ[πὶ] τοῦ αὐτοῦ Αφρο[ο]διτοπολ[ιτου]ν: subaudiendum puto γιγνόμενος aequae atque col. III 1 ἐπὶ τοῦ Μαρεώτου, cf. BGU 1123, 7; P. Teb. 210 (cf. quae annotaverunt editores ad P. Hib. 93, 3—5). Sic etiam P. Oxy. II 237 VIII 25, ubi legerunt editores κεκελευκέναι Μέττιον Ροῦφον τὸν γενόμενον ἐπὶ . . . ἐπαρχον supplendum esse puto τὸν γενόμενον ἐπὶ τῷ τόπῳ τῆς παραχρον. Praefectum illis temporibus nomum Aphroditopolitam, de quo iam in eis quae exciderunt actum erat (l. 4 ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ), visitasse ibique in conventu sententiam dixisse intellegitur. Duos autem nomos Aphroditopolitas narrat Ptolemaeus, alterum in Heptanomide, alterum in Thebaide situm. Hoc loco veri simillimum est nominari eum qui situs erat in Heptanomide, in dextra Nili ripa, e regione Arsinoitae, cf. Ptolem. IV 5, 28, Strab. XVII 35. Caput erat urbs Aphroditopolis, nunc Atfich (cf. Iougueti annot. ad P. Magd. 11, 3).

Memoratur etiam P. Hib. 38, 6, P. Teb. 24, 6, P. Nicole II, 12 (= Wilcken, *Arch.* III p. 371), BGU 244, 9; 408, 5, fortasse Amh. quoque 138, 2. Ad hunc nomum referuntur nummi descripti apud Eckhel, *Doct. Numm.* IV p. 102, Feuardent, *Description historique des monnaies frappées sous l'empire Romain* II 3536, 3537, sed dubitat Kornemann (*Klio* VII p. 283 n. 1). In locum alterius Aphroditopolitae, quem Ptolemaeus IV 5, 31 (cf. etiam Strab. XVII 47, Plin. N. h. V 49) enumerat post Lycopolitam et Hypselitam Thebaidis, sub finem saeculi I p. Chr. successit Apollonopolites, qua de re egit Kornemann P. Giss. I 1 p. 14 allatis ceterorum qui hanc rem tractarunt virorum doctorum sententiis.

**5** ἐν τοῖς τοῦ ια (ἔτονες) sc. ὑπομνηματισμοῖς: Diudicans praefectus ad Mettii Rufi respicit iudicium, quod afferit ex eius commentariis anno 11 (91/2) conscriptis, aequo ac Mettius Rufus annotaverat sententiam Vegeti allatis anni 6 (86/7) commentariis; cf. col. III 1. ὑποδειγμένα: Notionem edicendi, ut τὰ ὑποδειγμένα essent *edicta*, habebat verbum, cf. P. Teb. 28, 15 ἐμβλέψαντα εἰς τὰ ὑποδειγμένα; 27, 15 ἀκολούθως τοῖς ὑποδειγμάτοις, P. Par. 63, 16 seq., Teb. 24, 46, 58, quae omnes sunt aetatis Lagidarum. Sed etiam Romanorum aetati hanc vocabuli vim non alienam fuisse testatur Iandana.

**6** ἐπίθεμα quid esset, supra demonstratum est, cf. exempla quae attulit Meyer ad P. Giss. I 48, 10. Etiam in privatis conductionibus hac ratione usos esse Aegyptios cognoscitur, cf. Waszyński, *Bodenpacht* p. 47 seq., Gentilli, *Studi Italiani* XIII (1905) p. 277. δημόσια ἐδάφη, de quibus supra egimus, inveniuntur P. Lond. 354, 4, vol. II p. 164; Teb. 441; BGU 526, 15, al.; eodem sensu dicuntur ἄρουραι δημόσιαι BGU 661, 5; δημόσια ἐρευτικά ἐδάφη legimus P. Teb. 311, 15; cf. Wilcken, *Grundzüge* p. 289.

**9** πληροῦν ut hoc loco saepius legitur in conductionis instrumentis, cf. P. Lond. 1168, 10 vol. III p. 136 πληρωθέντος δὲ τοῦ χορού, 1231, 10 seq. vol. III p. 109 τοῦ χορού τῆς μισθώσεως πεπληρούτος. Alteram verbi notionem quae est *solvere*, *exsolvere* Byzantinae imprimis papyri praebent, cf. Herwerden, *Lex. suppl.* s. v.

Col. III 1 M. Mettius Rufus, qui erat praefectus Aegypti ante T. Petronium Secundum, successit C. Septimio Vegevo; quo autem tempore parum constat, certe quidem inter anni 88 mensis Februarii diem 25 et anni 89 mensis Augusti diem 3, cf. Cantarelli, l. c. p. 80. P. Hamb. 29, in qua primum legimus Metti Rufi nomen, alia de causa gravissimi momenti est (cf. quae notavit Meyer ad l. 5). Demonstratur enim hac papyro, quae excerpta commentariorum huius praefecti exhibit, posterioribus temporibus mutavisse eum nomen M. Mettium Rufum in M. Iunium Rufum; itaque ad eundem referendam esse tabulam ligneam Philadelphiae repertam (= Wilcken, *Chrestomathie* Nr. 496), quae ultimam praebet Rufi mentionem data Kalendis Iuliis 94. Non multum post decessisse eum magistratu supra coniecumus. Mareotes nomus pertinebat a mari et lacu Mareotico in meridiem, cf. de eo Meyerri notam ad P. Hamb. I p. 178. Rarius legitur in papyris (BGU 13, 2; P. Hamb. 39 8) 14) 26) 63); de P. Lond. 231, 4 vol. II p. 285 vide Wilcken, *Chrestomathie*

p. 379. Ptolemaeus compluribus eum commemorat locis (IV 5 4, 12, 15), qua in descriptione vicos enumerantem erravisse eum putat Kenyon, P. Lond. II p. 285 n. 4.

**2** ἀχθέντος scil. τοῦ δεῖνος, de quo agebatur; contracta afferit commentarii verba. C. Septimium Vegetum praefectum fuisse constat locis a Cantarellio l. c. p. 79 allatis ab anno 86 usque ad anni 88 mensis Februarii diem 25. Nunc, cum innotuerit P. Hamb. 4, quae est data die 8 mensis Februarii anni 85, iam ab anni 84 fine administrasse eum Aegyptum putaverim, cf. quae Meyer notavit ad P. Hamb. 4, 9. Aliunde ignotus est Vegetus.

**3** Formam perfecti τεθεικέναι in titulis Atticis ante annum fere 69 non existantem in papyris a primis Lagidarum temporibus usitatam fuisse neque usquam legi formam τεθηκέναι observavit Crönert, *Memoria Gr. Herc.* p. 278 n. 3; cf. etiam Mayser, *Gramm.* p. 370.

**4** ἐπίπεδα: cf. P. Flor. 148, 5.

**5** προσδιαγράμμα erant pecuniae extraordinariae, quae in omnibus tributorum pensionibus poscebantur, cf. Wilcken, *Ostraka* I p. 287. ἐφ' ἔτη legitur, cum rectius scriptum sit col. II 7 [ἐ]πὶ ἔτη, et sic saepius in papyris, quamquam, quod observavit Crönert l. c. p. 151 n. 3, praevalet psilos. Fluxisse has formas ex dialecto Ionica docet Wilamowitz G. G. A. 1901 p. 41, cf. etiam Meyer, *Griech. Gramm.* § 243, Kuehner, *Gramm.* I<sup>3</sup> p. 81 δ, 109, 5. Plane eandem rem esse cognoscimus in scribenda praepositione κατά; saepissime καθ' ἔτος praebent papyri. Eodem modo atque in Iandana confunduntur rationes BGU 538 (legitur 9, 30 ἐφ' ἔτη 14 καθ' ἔτος 31, 33 καθ' ἔτος) 920 (13 καθ' ἔτος 18/9 κατ' ἔτος 29 καθ' ἔτος).

**6** ἀντιγράφειν videtur dictum de subscriptione; eandem fere notionem habet quam ὑπογράφειν, cf. P. Oxy. I 44, 11, Teb. 297, 13.

## 54

### VENDITIONIS INSTRUMENTUM

(P. 94)

ca. medium II p. Chr. saec.

4 > 10 cent.

Emit femina quaedam, filia civis Alexandrini, quae in nome Arsinota habitat, uno instrumento et agros et servum<sup>1</sup>), quod cum adhuc exemplo careret, hoc fragmentum quamvis exiguum esset edere visum est. Servatum est initium instrumenti, in aversa charta nihil exstat.

<sup>1</sup>) De venditionis instrumentis eorumque formulis egit Bry in libro, cui inscripsit: *Essai sur la vente dans les papyrus Gréco-Égyptiens*; conferas etiam Mitteis, *Grundzüge* p. 166 seq.

"Ἐτοιος ὁγδόο[ν] αὐτοκράτορος Καΐσαρος  
φύδος τοῦ Ἀρσ[τοῖ]ου νομοῦ μηδεὶς  
[δέ] τῶν οὐλὴ[ν] ὀφρυ[ν]  
[.ο]ξ ἀστῆ[ν] ὡς ἐπιθ[ν]  
5 [πεπ]ροσέναι π(α) πα[ρα]χωθηκέναι αὐτῇ πατέ<sup>την</sup> την εἰναρής  
[τὸ] ὅ[περ]ον α[ὐ]τῆ[ν] Ἀ[ττα] δοντικὸν ἔγγονον  
[ἔπα]φῆς κ(α) εἰρητ[η] γ[ένο]ν, ἔτι δὲ ναὶ ἀπό τῶν παραχωνάδον αὐτῇ τῇ A(. . .) περὶ οὐλην  
[κατ]οικιασθ[ε]ντας , γείτονες  
[. . .] ἔφοδον, ἥπο[. . .].  
10 [. . .] τανον αῆρο[ο]ς .  
[. . .] αλέρον ἀδεον[  
[. . .] τὸ παραχωρη[τικὸν] αφάλαιον πᾶν ἐκ πλήρους ἀργυρίου δραχμὰς  
[ρο]ξ ἔξι οἶκον κ(α) β[εβαίωσιν] τὴν μὲν A(. . .) τῇ  
[ση] βεβαιώσι, οὐ κ(α) π[αρεξετα] ἀνέπειρα οὐλὴνεύσιστα οὐλὴνεύσιστα η(α)  
15 [π]ρο μηδενεῖ .  
5 7 13 οἱ P 12 το supra versum P η e cor. P 141. βεβαιώσι

3 Cives Alexandrini ἀστοί, filiae ἀσται nominantur in papyris, cf. Wilcken, *Grundzüge* p. 15.

5 πεπροσέναι καὶ παρακεχωρηκέναι: cf. Preisigke, *Girowesen* p. 499.

6 δοντικὸν ἔγγονον, de quo conferas velim Wilcken, *Ostraka* I p. 685 seq., supplevi e BGU 193, 12 al., potest etiam legi δοντικὸν σῶμα, cf. P. Oxy. I 94, 9. Formula τοῦτο τοιοῦτο ἀναπόριφον, i. e. tale quale non redhibendum non modo in servorum sed etiam in animalium venditionibus extare solet, cf. Gradenwitz, *Einführung* p. 60. In servorum vero venditionibus additur πλὴν ἐπαφῆς καὶ εἰρῆς νόσου i. e. (non redhibendum) nisi propter manus injectionem et morbum comitiale. Sic enim interpretandam esse vocis ἐπαφῆ notionem mihi persuasit Kübler, *Zeitschrift der Savigny-Stiftung, Rom. Abt.* XXXII (1911) p. 366 seq.; quam sententiam accepit Meyer, P. Hamb. I p. 191 n. 3. Contra qui secuti sunt Wilamowitzii partes, scabiem, lepram esse putant, cf. Mitteis, *Grundzüge* p. 194.

9 seq. Statuuntur arurarum fines.

10 Fortasse [Πιτ]τάκον legendum.

15 Sequi solet formula μηδὲ ἐπελεύσεσθαι πτλ.

## 55

### INDEX HOMINUM

(P. 144)

saecl. p. Chr. II

6,3 > 4,1 cent.

Complurium hominum nomina scripta legimus in hac papyro. Ratio fuisse videtur, sed schedulae dextro margine amissio cognosci non iam potest, quales pecuniae pensiones notatae fuerint.

Ἀλέξανδρος Τοιωνεῖον [

Σεμπρόνιος Νεῖλο[ο]ψ [

Πτολεμαῖος Σαβείνον [

Κάστωρ Σύρον κ(α) Σύρος

Διογέν[ο]ψ [

Πεκῆσις Μερκίσιο[ς

Μέλας Άγριππίνο[ν]

4 οἱ P

1 Ἀλέξανδρος nomen aequo atque Ἅγριππῖνος etiam Byzantinis acceptum erat, contra Κάστωρ, Νεῖλος, Σύρος, quae nomina saeculis a. Chr. n. usitatissima erant, vix leguntur post saec. IV. Σεμπρόνιος Romanorum modo temporibus invenitur. Τοιωνεῖον: cf. *Tοιών* Dio Cass. 58, 25.

6 Πεκῆσις i. e. *Aethiops*, cf. Spiegelberg, *Griechische und aegyptische Eigennamen* p. 26\* B, saepissime exstat nomen. Temporibus Byzantinis novam

nominis formam praebent papyri a genetivo derivatam *Πενύσιος*. *Μεγαλησίας* autem nomen, quantum quidem video, nusquam exstat in papyris quae adhuc innotuerunt.

<sup>7</sup> Μέλας ultimum inveni P. Grenf. I 57, 6, a. 561 p. Chr.; exstat genitivus Μελ[ά]τος P. Lond. 1246, 15, vol. III p. 225.

56

## RATIO ACCEPTI AURI CORONARII

(P. 48)

saec. p. Chr. II

$15,3 \times 19$  cent.

Haec charta ad Theadelphiam et Polydeuciam Themistae regionis vicos pertinens (cf. P. Teb. II p. 379 et 397) eodem fere tempore ac praecedens inscripta esse videtur. Exarata duabus columnis quadraginta fere hominum nomina exhibit, quorum cuique, quas pependerit pecunias, adscriptum est. Plerisque nominibus lineola subducta est iudicans examinatam esse rationem. Rationem enim fuisse constat, sed parum, quale fuerit vectigal. Solvuntur fere ubique quaternae drachmae, octo lin. 2, duodecim lin. 37, cum obolorum varietas sit. Similia cum adsint instrumenta BGU 452, 458, 518<sup>1)</sup>, in quibus nominatur vectigal, etiam in hac charta pensiones auri coronarii exactoribus solutas notari concludemus. Aurum coronarium<sup>2)</sup> notum est nobis papyris et ostracis, quibus constat fuisse proprium catoecorum vectigal, quod non per singulos annos, sed certis quibusdam occasionibus datis poscebatur. Romanorum temporibus, sub finem saec. II, annuus poscebatur στέργανος neglecto sensu, cf. quas supra attuli BGU 452, 458, 518, quibus nunc Iandana adiungenda est.

Nomina sunt pleraque Graeca, pauca Aegyptia, quae eodem modo promiscua fuisse illis temporibus in omnibus Arsinoitae pagi regionibus apertum est.

1) Huc referendas putat Kenyon P. Lond. quoque 181(b) vol. II p. 147; 156, ibid. p. 249; 1242 (descr.), vol. III, quae bis vel ter quaternas drachmas solutas esse demonstrant, cuius rei praeterea exempla affirri possunt BGU 392, P. Lond. 474 vol. II p. 108.

2) De hoc vectigali conferas velim Wilcken, *Ostraka I* p. 295, *Grundzüge* p. 283; Rostowzew, *Kolonat* p. 7.

3) Cf. Mommsen, *Arch.* I p. 282 seq., quem secutus est Wilcken, *Grundzüge* p. LXV seq.

In adversa charta de aliis pensionibus notationum quinque, quae ternas fere centesimas inter se distant, fragmenta conspiciuntur, unde haec enotasse satis est<sup>1)</sup>:

1. 1 Μ]εσορη̄  $\bar{\beta}$   $\varsigma\delta$       1. 2 Θεαδελ(φείας) διοικ(ήσεως)  $\vdash$   $\nu\beta$  Πολυ-  
δευκ(είας) διοικ(ήσεως)  $\vdash$   $\eta\vdash$ .

Pensiones igitur fuisse videntur colonorum publicorum, cf. P. I. and. 57.

Pagina aversa

Col. I	[ ] . [ ] $\omega\nu(\sigma)$	$\sim \nu\beta$
	$\text{H}\ddot{\text{o}}\text{ρακλείδης}$ $M\nu\sigma\tau\alpha\dot{\nu}\omega(\nu\sigma)$	$\varsigma\eta$
	$\text{H}\ddot{\text{o}}[\alpha]\chi\lambda\epsilon\bar{\iota}\delta(\eta\sigma)$ $\text{H}\ddot{\text{o}}\nu\text{ωνο}(\sigma)$ $\mathcal{A}\lambda\epsilon\xi(\alpha\nu\delta\omega\epsilon\nu\sigma)$	$\varsigma\delta \sim \beta$
	$\mathcal{O}\nu\hat{\omega}[\varphi]\iota\sigma$	$\mathcal{O}\rho\sigma\epsilon\nu\omega\dot{\nu}\phi\iota(\sigma)$
5	$\dots [ ]$	$\mathcal{P}\nu\epsilon\eta\gamma\iota\tau(\nu\sigma)$
	$\mathcal{A}\nu\tau\omega\gamma\iota\omega(\sigma)$	$\varsigma\delta$
	$\mathcal{X}\nu\iota\omega\eta\mu(\omega\nu)$	$\sim \varsigma$
	$\mathcal{S}\omega\tau[\tilde{\alpha}]\varsigma$	$\mathcal{O}\nu\eta\sigma\iota\mu\omega\iota\sigma$
	$\mathcal{E}\beta\omega\epsilon\eta\varsigma$	$\mathcal{A}\beta\omega\eta\sigma \pi\mu(\dots)$
10	$\mathcal{O}\nu\hat{\omega}\phi\iota\sigma$	$\mathcal{A}\langle\gamma\rangle\chi\omega\eta\mu\omega\phi\iota(\sigma)$
	$\mathcal{Q}\omega\iota\varsigma$	$M\omega\gamma\dots\eta[\dots]$
	$\mathcal{E}\nu\hat{\omega}\alpha[\iota\mu\omega]\eta$	$\mathcal{Z}\omega\iota\lambda[\omega\eta\dots]$
	$[\dots] . [\dots]$	$\mathcal{H}\omega\alpha[\chi\lambda\epsilon\delta(\nu\omega)]$
	$[\dots]$	$A\eta.\alpha\sigma\tau.$
15	$[\dots]$	$.[\dots]\omega\sigma[$
	$[\dots]$	$..[\dots]\omega\alpha.[$
	$[\dots]$	$\dots\dots\dots$
	$[\dots]$	$\mathcal{X}\nu\iota\omega\eta\mu(\text{?})\omega\nu\omega(\sigma)$
	$[\dots]$	$\mathcal{I}\nu\iota\omega\omega(\sigma)$
20	$[\dots]$	$(\gamma\iota\nu\epsilon\tau\alpha\iota) \varsigma\pi\sim\kappa$
	$[\dots]$	$\mathcal{Q}\omega\omega$
	$[\dots]$	$\mathcal{X}\omega\epsilon\epsilon\nu\omega\bar{\nu}\phi[\iota\omega\dots]$
	$[\dots]$	$\dots\dots\dots \sim [\dots]$
	$[\dots]$	$\dots\dots\pi\omega(\sigma)$
25		$v\text{e}s\text{tig}\text{ia}$
Col. II	$[\dots]$	$\sim \nu\omega$
	$[\dots]$	$\dots.\nu\omega$
	$\Pi\omega\pi\omega\eta\tau\omega\varsigma$ $\dot{\alpha}\pi(\dot{\alpha}\tau\omega\dot{\alpha})$	$T\omega\alpha\phi\omega\eta\sigma\iota\sigma$
	$\Sigma\acute{\alpha}\tau\omega\phi\sigma$	$\Sigma\alpha\beta\epsilon\iota\omega(\nu)$
30	$\mathcal{I}\nu\tilde{\alpha}\varsigma$	$\mathcal{I}\nu\tilde{\alpha}\varsigma$

<sup>11</sup>) Compendiorum explicatio Udalrici Wilkeni sagacitati debetur. De dioecesi cf. Wilcken, *Grundzüge* p. 154. 301.

<u>Δῖος</u>	'Ηρᾶ τοῦ γεω(τέρου) ζδ
<u>Διόδωρος</u>	Ποσιδωνίο(ν) ~η
<u>Νεῖλος</u>	'Ηρακλείδ(ον) ζδ
<u>Πτολεμαῖο(ς)</u>	Χαιρήμων(ς) τέκ(των) ζδ
35. <u>ταν..ς</u>	Σαμβᾶ ζδ
καὶ (γίνεται) ηντ	
<u>Χάρος</u>	Εὐδαίμ(ωνος) ζιβ
<u>Ιάσων</u>	Τιθωείονς ~ις
<u>Ἄρ[τώνιο(ς)]</u>	ἀδελφός(ς) ~η
40. <u>X[ ]</u>	πρεσβ(ύτερος) Μάρω(νος) λαχ(...) ~ηβ
<u>N[ ]</u>	'Ηρακλείδ(ον) ~η
<u>Πά[πος]</u>	Δείον ζδ
<u>Ωρος[ ]</u>	Αύνείονς ~ηη
	Διονυσίο(ν) Μαξ(ιμον) ~ις
45. [ ]	..]ρεῦτ(ος) ζδ
[ ]	.μ(ων) Ἀπιᾶ ~ι
[ ]	'Ηρ]ακλείδ(ον) ~ις
[ ]	Πολυ]δεύκ(οντος) ~ιδ
	vestigia

2 μνσταριω P 3 ηρ[α]κλείδη ηρωνο αλεξ P 4 ορσενοφιο P 5 πενεητ P  
 6 αντωνιο P 7 χαιρημ χαιρημων P 10 l. Ὄννῶφροις αχοριμφεω P  
 18 χαιρημ]ων P 19 ισιωνο P 20 / P 28 α P 29 σαβεινο P 31 νεω P  
 32 ποσιδωνιο P 33 41 ηρακλειδ P 34 πτολεμαιο χαιρημων τεκ P 37 ενδαιι P  
 39 αδελφο P 40 πρεσβ μαρω λαχ P 44 ιουνσιο μαξ P 45 ]ρευτ P 46 ]μ  
 απια P 47 ηρακλειδ P 48 πολυδευκ P

2 'Ηρακλείδης nomen frequentissimum Ptolemaicis temporibus et Romanis a saeculo IV rarius aut nunquam legitur in papyris aequo ac Μνσταριων et quae nominantur 7 Χαιρήμων 8 Σωτᾶς et Ὄνησιμος 29 Σάτυρος 32 Διόδωρος Ποσιδώνιος 38 Ιάσων 43 Άρνης 48 Πολυδεύκης. Accepta autem sunt etiam Byzantinis 27 Σαβεινος 31 Δῖος (42 Δεῖος) 33 Νεῖλος 44 Διονύσιος.

3 'Ηρων in Byzantinis quoque papyris exstat. Idem valere quod Ψάις Aegyptiorum, quod semel esse versum Ἀγαθὸς δαιμων, docet Spiegelberg, l. c. p. 11\*B 57\*B, cf. Wilcken, Arch. IV p. 129 n. 1, qui non cohaerere hoc nomen cum voce ἥρως putat.

4 Ὄννῶφροις, saepius per —vv— scriptum, fuit cognomen Osiridis, quod notat Plutarchus *De Iside et Osiride* c. 42 versum esse in Εὐεργέτης, cf. Spiegelberg, l. c. p. 20\*A. Usitatissimum erat nomen per omnia tempora, cum Ορσενοφροις, i. e. bonus custos (cf. Spiegelberg, l. c. p. 20\*B) non iam extitisse videatur posterioribus Byzantinorum temporibus.

5 Πενεήντος genitivus est nominis Πενεῆνς, quod aliunde ignotum videtur. Comparari potest P. Lond. 483, 7, vol. II p. 325 Πανήντος.

9 πνμ(...): fortasse πνμ(ήν) id est ποιμήν supplendum est.

19 Ἰστων de deae nomine derivatum, cf. Spiegelberg, l. c. p. 47 A; inveni P. Lond. 293, 6 vol. II p. 187; BGU 727, 18; 965, 1; vide etiam titulos notatos apud Pape, *Wörterbuch der griechischen Eigennamen*, s. v.

21 Ὡρος, dei nomen, usitatissimum fuit saeculis Ptolemaicis atque etiam Romanorum temporibus; ultimum legi sub finem saeculi V.

28 Παποντάς, nomen Aegyptium, non superest saeculo IV ineunti. Αρφαῆσις recentior forma nominis Αρφαῆσις est significans *Horus (filius) Isidis*, cf. Spiegelberg, l. c. p. 15 A 43 B. Ταρφαῆσις significat (filia) *Harphaeis*.

30 Ισᾶς nomen eandem exhibet rationem ac Πεκῦσις, cf. P. Iand. 55, 6; temporibus Byzantinis a genitivo derivatam legimus nominativi formam Ισατος, cf. P. Oxy. I 134, 30 Ισατος ξγο(αψω).

32 'Ηρᾶς deminutum est ex 'Ηρακλείδης. Praefertur genitivi forma 'Ηρᾶ, interdum exstat 'Ηράτος.

35 Σαμβᾶς hypocoristicum ad Σαμβαθαῖος pertinet, quod est ortum ex Σαββαθαῖος i. e. Σάββας, qui est Sabbatis die natus, cf. Wilcken, *Ostraka* I p. 523; exstat etiam in chartis Byzantinis.

36 Viginti homines pependisse notatur. Itaque cum sint servatae hominum 15 pensiones (lin. 21—35), ante initium columnae alterius quinque nomina excidisse concludes; inferior enim margo servatus est.

37 Χάρος nomen rarissimum est, inveni tantum P. Lond. 289, 4, 24 vol. II p. 184/5; 267, 326, ibid. p. 141 (Χάρητος [τοῦ] Χάρητος); P. Oxy. III 520; P. Oxy. III 501, 11 praebet Χαράτος; exstitit ergo nominativus Χαρᾶς.

38 Τιθώεις scriptum est pro Τιθοης, quod significat qui caput magnum habet, cf. Spiegelberg, l. c. p. 55 A, cui idem esse ac Σισόις praedicanti (p. 46\*B) obstitit Wilcken, Arch. II p. 180. Maximam huic nomini cum Τοθοης, quocum coniungere vult Letronne, *Recueil des inscriptions* I p. 406, similitudinem esse iam Gerhard explicavit in Philol. LXIII p. 571. Saepius exstat forma Τιθέις vel Τιθώεις, quae supplenda mihi videtur P. Lond. 479, 1, vol. II p. 255 pro Τιθιόεις. Byzantinis temporibus non invenitur.

40 λαχ(...): fortasse λαχ(ανοπάλης) supplendum est, cf. P. Iand. 58, 7.

45 Aut Τε]ρεῦτος (cf. P. Amh. 75, 33; P. Oxy. IX 1209, 15. 20) aut Πα]ρεῦτος (cf. P. Lond. 322, 17, vol. II p. 160) aut Μα]ρεῦτος (cf. P. Iand. 31, 5) supplendum est.

46 Ἀπίας rarissimum, legi tantum P. Lond. 258, 10, vol. II p. 29; P. Grenf. II 74, 4; feminini generis formam Ἀπία legimus CPR 223, 26; P. Teb. 336, 21. Saepius exstat Ἀπίων (Ἀπίαινα).

## 57

## RATIO VECTIGALIS COLONIS PUBLICIS IMPOSITI

(P. 66<sup>r</sup>)

saec. p. Chr. II

7,8 × 11 cent.

Fragmentum est rationis, quae similitudinem quandam habet cum praecedente. Aequa atque in illius pagina adversa (cf. 1 2) hic quoque pensiones a colonis publicis Polydeuciae vici solutae notantur, ac mirum in modum non frumenta sed oboli penduntur, cuius rei afferre possum exemplum P. Lond. 171, vol. II p. 102, qua Horion πράκτωρ σιτικῶν διοικήσεως κώμης Σοκνοπαίου Νήσου testatur accepisse se ab Apynche presbytero ἀπὸ τειμῆς χλωρῶν ἀρούρης § 15 λβ drachmas triginta sex.

] εὶ Πολυδ(ευκείας) διοι(κήσεως) 1-α<sup>β</sup>  
 ].. μεσορὴ ἰβ ~ξ 15 ~δ  
 ]αι φαμ(ενώθ) γ̄ ~κδ φαρμ(οῦθι) 1 ~δ

] d Πολυδ(ευκείας) διοι(κήσεως) 1-α<sup>β</sup>  
 5 ε]θὺρ ἰ κα τῦβι 1 ~ιδ  
 ].. 1-δ] Πολυδ(ευκείας) διοι(κήσεως) δ]  
 ].. ~κα 1 ~κ 1η ~ις

].. φεδ  
 διοι(κήσεως)  
 ].... 1-α<sup>β</sup> Πολυ(δευκείας) διοι(κήσεως) 1-ε.  
 10 ] μεσ[ο]ρὴ 15 1δ ~κα κ...  
 ] vestigia

1 1- = ἀρούρα 1 = ἡμισυ τέταρτον 2 ~ = δρολοί 4 d = τέταρτον  
 5. 6 ξ = ἡμισυ 10 ξ = δραχμαὶ

## 58

## RATIO TRIBUTORUM

(P. 66<sup>r</sup>)

saec. p. Chr. II

7,9 × 11 cent.

Haec ratio in tergo praecedentis exarata est scripturae ratione simili papyro Iand. 56. Hominum sex, quorum nominibus ab eo, qui examinabat rationem, lineolae adductae, partim etiam subductae sunt, tributa enumerantur. Deinde alias 10 mensis Athyr et 4 mensis Choiak die factas esse solutiones legimus.

vestigia  
 /'Ηρᾶς Άφροδ(ιστον) πνυ(...) ~ις  
 /'Απύγχις Πεσσοραπ(ιος) ~η  
 /'Ονήσιμ(ος) Πάπτων ~ι  
 /'Ηρων Πάπτων ις  
 /Πτολεμ(αῖος) ~ νεώ(τερος) ιδ  
 /Μύσθης Δελον λαχ(...) ~η  
 (γίνεται) ι<>  
 ἀθύρ 1 / Τεάς "Ηρων(ος) κοφ(...) ιδ  
 /Αρητᾶς νεώ(τερος) Τεσενούφεω(ς) ιδ  
 κοίλη δ "Ηρων Όρον σιτ(ομέτρης) ~ις

1 αφροδί πνυ P 2 πεσσοραπί P 3 ονησίμη P 6 πτολεμί ~ νεώ P  
 7 λαχ P 8 / P 9 ηρωνο κοφ P 10 νεώ τεσενούφεω P 11 σιτ P

2 Αφροδίσιος usitatissimum illis temporibus nomen est. πνυ(...): cf. P. Iand. 56, 9.

3 Απύγχις forma Arsinoitica est nominis Ἐφένυχος, Ἐφόνυχος, quod quia referebatur ad Graecam vocem ὄνυξ, amissa aspiratione scribebatur Ἐπώνυχος, cf. Crönert, *Stud. Palaeogr.* II p. 41. Derivatum autem est a Coptica voce εψωνζ, quae significat vivit, cf. Spiegelberg, l. c. p. 10\* B. Alias huius nominis formas collegit Crönert: Απύγχις, Απύγχις, Απέγχις, Απώνεχ, Πνυγχῆς; in papyris Oxyrhynchiticis etiam Αφύγχις exstat. Πεσσοραπίς nusquam legitur nomen sed Πετεραΐτης, cf. P. Fay. 244.

7 λαχ(...): cf. P. Iand. 56, 40.

8 numerum omisit.

9 Teotis nomen Lagidarum temporibus acceptissimum erat, interdum etiam prioribus Romanorum invenitur. Ab initio saeculi III nusquam legitur. κοφ(...): fortasse κοφ(ινοποιός).

10 Αρητᾶς primum legimus. Coniungendum videtur esse cum feminini generis forma Αρητοῦς. Saepius invenitur Αρητῶν (Αρηταίνα).

## 59

## APOCHA PORTORII

(P. 97)

saec. p. Chr. II

4,2 × 4,8 cent.

Huiusmodi generis apochas nunc novimus permultas. Dabantur a portarum custodibus mercatoribus, qui aut exportabant merces e pago Arsinoita aut importabant.<sup>1)</sup>

1) Cf. quae de iis in universum disseruerunt Grenfell, P. Grenf. II p. 78 seq., Wilcken, *Ostraka* I p. 354 seq., Kenyon, P. Lond. II p. 83 seq., Grenfell-Hunt, P. Fay. p. 195 seq., Preisigke, P. Strassb. I p. 50 seq., Wilcken, *Grundzüge* p. 190 seq.

Formulae sibi constant. Incipiunt instrumenta a verbis *τετελ(ώνηται)* διὰ πύλης; deinde sequitur nomen vici et vectigalis, quod solvit mercator. Plerumque exstat ρ̄ καὶ ν̄ id est ἐκατοστὴ καὶ πεντηκοστὴ — ut in Iandana — quae quomodo explicanda sint, dissentient adhuc doctorum opiniones<sup>1)</sup>, rarius λι(μένος) Μέμφεως aut ἑρημοφυλακίας. Deinde legimus scriptum nomen mercatoris atque exportare vel importare eum tot et talibus iumentis tantas merces. In fine adscriptus est dies, quo data est apacha, addito portae sigillo, cuius loco nunc foramen triangulum est in hac chartula.

*Τετελ(ώνηται) δι[(ά) πύλ(ης) τῆς δεῖνος]*

ρ̄ καὶ ν̄ Νέφων [...]

τέφων εξ(άγων) ε[πὶ]

δύναται ἐν δρόβ[ον]

5 (ἀρτάβας) τρ[εῖ]ς (ἔτους) ε[κτον]

παῦντι ἐννε[α]-

καιδεκάτη !θ

5 — P L P

2/3 Fortasse [Αρη]|τιονος supplendum est.

3 Exportari merces saepius quam importari, cum constet fertilissimum fuisse pagum Arsinoitam, non miramur. Importatur autem vinum, quo caruisse pagus videtur, exportantur omnia frumentorum et fructuum genera, cf. quae enumeraverunt editores P. Fay. p. 200.

4 Ervum saepius exportatum esse intellegimus, cf. P. Lond. 469 b, 4, vol. II p. 86; P. Fay. 69, 4; 71, 4; 76, 4/5; 165.

5 Ternas artabas onus asinorum singulorum fuisse cognovit Kenyon, cf. P. Lond. II p. 86, III p. 46. Quae cum ita sint, etiam P. Fay. 63, 3 ἐπὶ δύναις [β] supplendum esse puto, nam in proxima linea notantur 6 artabae. Nomen imperatoris ut saepius omissum est, cf. P. Fay. p. 200.

## 60

### FORMULA

P. 20)

saec. p. Chr. III vel IV

3,5 × 5 cent.

Per exigua haec schedula formulam praebet, quae exstare solet in instrumentis de pecunia mutua datis. Exscripsit aliquis, ut praesto haberet, incipiens lineola quam exstare putaverim pro punctis, quibus nos uti solemus exscribentes.

1) cf. Wilcken, *Ostraka* I p. 357 et Grenfell-Hunt, P. Fay. p. 198 seq.

p. av.	δώσω σοι	p. adv.	καὶ ἐκ τῶν
	δόπταν		10 ὑπαρχό-
	αἰρῆ ἀνυπερ-		ντων
	θέτως γι-		[ντων]
5	γνομένης		κύριον
	σοι τῆς πρό-		τὸ γραμ-
	ξεως		15 ματίον
	παρά τε ἔμον		ἀπλοῦ<ν>

8 εμον P 12 litterae neglegentia scribae repetitae 14 l. γραμματεῖον

1 δώσω non est in ipsis instrumentis, sed ἀποδώσω; praecedere solent, quibus accepisse se pecuniam testatur debitor, haec fere: ὅμολογῶ ἔχειν παρασοῦ κτλ.

2/3 δόπταν αἰρῆ certam restitutionis diem constitutam non esse indicat, cf. Gradenwitz, *Einführung* p. 85 n. 4. Similia sunt δόπτεται εὖν αἰρῆ P. Amh. 92, 24; δόπτηται εὖν αἰρῆ P. Strassb. 54, 11; Oxy. VII 1039, 9.

3 ἀνυπερθέτως i. e. non fore moram vel simile quid spondere solet debitor in hisce instrumentis, cf. P. Lond. 308, 17, vol. II p. 219; 363, 20, vol. II p. 221 etc.

5 Sequitur formula, qua actionem habere creditorem in se spondet is, qui accepit pecuniam, de qua accuratius egit Mitteis, *Reichsrecht und Volksrecht* p. 420 seq., *Grundzüge* p. 119 seq.; cf. etiam Waszyński, *Bodenpacht* p. 145 seq., Schwarz, *Hypothek und Hypallagma* p. 67 seq.

13 κύριον τὸ γραμματεῖον: cf. Gneist, *Die formellen Verträge des neueren römischen Obligationenrechts* p. 461. Idem legimus P. Oxy. VII 1041, 20; 1042, 29; VIII 1130, 25 semper addita clausula καὶ ἐπερωτηθεῖς ὅμολόγησα, de qua vide Mitteis, *Grundzüge* p. 76.

16 ἀπλοῦν: scil. γραμμέν, quia duplicatum non possit.

## 61

### RATIO TORCULARIA

P. 163)

saec. p. Chr. IV

8,6 × 9 cent.

Pagina adversa fragmenta praebet duarum columnarum, quarum alterius in fine cum legatur φ[ι]εντύχ[ει], veri simile est hypomnema vel enteuxin fuisse, nam horum potissimum generum haec vox propria est.<sup>1)</sup>

1) cf. Ziemann, *De epistularum Graecarum formulis sollemnibus quaestiones selectae* p. 351.

Aversa in charta exstat λόγος ὁύσεως πτήματος cuiusdam, cuius nomen excidit. Notatum est, quantum musti expressum esset torculis suo cuique numero adscripto. Non parvam fuisse vineam, etiamsi mensurae modum non intellegimus, statui posse puto.

In dextra parte alterius columnae paucae litterae exstant, quas omittam.

Λόγος φύσεως οἰνου [  
κτήματος παρὰ

	$\bar{\alpha}$ ληνοῦ	χξξ
	$\beta$ ληνοῦ	ψξα
5	$\bar{\gamma}$ ληνοῦ	ζρνα
	$\bar{\delta}$ ληνοῦ	χ. [
	$\bar{\epsilon}$ ληνοῦ	[
	$\bar{\xi}$ λην[ο]ῦ	[
	$\gamma(\lambda\nu\eta\varepsilon\tau\alpha)$ ἐπὶ τὸ $\alpha(\dot{\nu}\tau\delta)$	
10	. ε[.].. εισ[	]. [

4 5 6 8 supra β γ δ 5 lineolam om. P.

1 ὁύσις significat vini expressi copiam, cf. quae attulit Meyer ad P. Giss. 79 III 12 exempla, quibus addere possum P. Lond. 113,11(a), 3, vol. I p. 223; P. Klein. Form. 99,2; 135,7; 163,5; 193,3; 1069,3; 1101,2; 1203,1; BGU 1039, 10.

**2** *κτήματα* saepius nominantur vineae in papyris, quem dicendi morem explicat Rostowzew, *Kolonat* p. 15; cf. Wilcken, *Grundzüge* p. 284. Itaque etiam PER geo. 103 (Stud. pal. X) pro *κτήσεως* legemus *κτήματος*.

<sup>3</sup> Quae fuerit mensura non intellegitur; variabantur illis temporibus mensurae, cf. de his Wilcken, *Ostraka I* p. 763, *Grundzüge* p. LXXI.

<sup>9</sup> γ(ινεται) ἐπὶ τῷ αὐτῷ i. e. in summa saepius legitur. Propterea etiam BGU 1,13 (= Wilcken, *Chrestomathie* 92 col. II 13) pro ει[ς] sic legendum esse conieci, quod nova examinatione a Plaumanno facta probatum est.

62

## PIGNERATIO PUELLAE INGENUAE

(P. 36)

saec. p. Chr. V

13 x 14 cent.

Propter nigritiam lectu difficillima est haec papyrus ut Argentoratensis illa, quam descriptis Preisigke, P. Strassb. I p. 137. Maxime detritus est margo dexter, sed pauca modo excidisse continuo fere lineae 3 et 4, 15 et 16 textu indicatur. Charta convoluta ac postea compressa fuisse videtur.

In qua quae fuerint constituta, quamquam complures quas nondum suppleverim lacunae restant, certe perspicitur. Homo quidam Aegyptius a divite quodam<sup>1)</sup> pecuniam mutuam accepit, pro cuius restitutione Taminam sororem pignori dat, ut in domo creditoris sit neque eam detrahere liceat fratri, priusquam omnem reddiderit pecuniam. Atque putaverim in eis quae exciderunt l. 10seq., fuisse statutum, ut Tamina laborem susciperet in domo creditoris pro capite et usuris, cuius rei plura habemus exempla.<sup>2)</sup>

. [ . . . . . ] παρ[ά]σχω. φ. τ. . . [ . . . ]  
ἢ οὐκο[θε]γ ενοδ[ω]θῶ. Πρὸς δὲ [τὴν]  
ἀσφαλειαν τῆς [συν]πλ[ηρώσεως καὶ]  
5 ἀποδόσεως β. [ . . . . . ] νη. . . [ . . . . . ]  
παραδέδοκα τῇ σῇ ἐ[ν]δοξ[ότητι]  
Τάμιναν τῇ[ν] ἐμὴν ἀδελφ[ὴν]  
ἐ[φ' φ α]ύτῃν πᾶσαν δουλικὴν [ἔχειν]  
χρεῖαν ἐκ τ[οῦ] ἐψθεν[ε]σ[τάτου]  
10 αὐτῆς οἶκον καὶ . . . . . [ . . . . . ]  
αὐτῆς κουφισθῆναι . . . . φ[ . . . . . ]  
τοῦ αὐτοῦ ἐν φ νομίσμ(ατα) κ[ . . . . . ]  
τρέφεσθαι δὲ αὐτῇν κ[οσμίως καὶ]  
ἀμφιέξεσθαι καὶ [ίμ]ιτάξεσθ[αι]  
15 καὶ μὴ δύνασθαι με ἀποστ[ά]ν  
αὐτὴν ἀπὸ τῆς σῆς ἐ[νδοξ[ότητος]] πρὸ τῆ  
κοι ἀποδ[ό]σεως καὶ [σ]υνπληρο[ώσεως]  
[ . . . . . ] δυν[ . . . . . ] δε. οι. . αρχοι. [ . . . . . ]

<sup>12</sup> νομισματικός Π. <sup>14</sup> Λ. [ιμ]αρτίξεσθαι.

Ξ ενοδωθῶ: cf. Herwerden, *Lex. Graec. suppl.* s. v. Pignus datur πρὸς ἀσφάλειαν P. Lips. I 10 I, 11/2: P. Lond. 1007, 3, vol. III p. 262; cf. quae annotavit Meyer ad P. Giss. I 97, 6.

<sup>6</sup> παραδιδύναι significat tradere alicui rem possidendam, non adhibetur in cedendis agrorum possessionibus, cf. Schwarz, *Hypothek und Hypallagma* p. 71 n. 1.

1) Nominatur ἐνδοξότης ut Flavius Apion, cf. P. Iand. III p. 114.

2) Cf. quae attulit Partsch, *Griechisches Bürgschaftsrecht* I p. 41 seq. — Contra hisce locis oppigneratos esse ingenuos negarunt Manigk, *Gläubigerbefriedigung durch Nutzung* p. 26 et Weiss, *Pfandrechtliche Untersuchungen* I p. 31. — Cf. etiam P. Cair. Cat. 67.023.

8 πᾶσα δουλικὴ χρεῖα i. e. omnia quae servae dari solent ad victum, cf. P. Amh. 148, 5 εἰς ἴδιαν μον καὶ ἀναγνάταν χρεῖαν.

11 κονφίξειν levare, absolvere in huiusmodi instrumentis proprium sensum habet testari aliquem peperdisse quae debuerit, cf. Maspero ad P. Cair. Graec. 67104, 17.

14 ἀμφιάξειν rarissimum est verbum a papyrorum usu fere alienum. Saepissime coniunguntur verba τρέφειν et ἰματίζειν, quae leguntur in omnibus pactis nuptialibus et didascalicis et eis, quae sunt de labore suscipiendo composita: itaque ἵμιτάξεσθαι scriptum fuisse sumpsimus pro ἱματίξεσθαι.

15 μὴ... ἀποσπᾶν vel simile quid etiam in διδασκαλικοῖς quae vocantur instrumentis extare solet, cf. BGU 1125, 9; P. Oxy. II 275, 22.

## 63

## RATIO REDITUM MAGNI POSSESSORIS

(P. 8)

saec. VII ineuntis

32,8 × 19,4 cent.

Sunt in collectione papyrorum Iandanarum complura Apionum instrumenta, sed hanc rationem eis attribuere vetamur eo quod alia sunt nomina possessionum Apionum<sup>1</sup>), alia quae exstant in hac papyro. Habebat ille possessor κτήματα et ἔξωτικος τόποις, quorum rationem praebebat papyrus (cf. quae leguntur in adversa charta). Ac servatam esse nobis exterorum tantum locorum rationes docent nomina, quae sunt in pagina aversa, cum titulo comparata. Quorum unius altera tantum pars colonis tradita fuisse videtur (τόπος Λεπτίνου Μεγάλου, cf. l. 1 et 5 τὸ ἄλλο τέταρτον μέρος).

## Adversa pagina

+ Σύναρρος(ις) σὺν θ(ε)ῷ κτημά(των) Πεξούλιος καὶ Ψαατις (καὶ)  
Μελανθίο[ν]  
καὶ Θμονει επακε καὶ Ἀμώειτος καὶ Ἀγήρωνος μετὰ καὶ<sup>η</sup>  
τῶν ἔξωτικ(ῶν) τόπ(ων) χρονστ(ον) ε [ . ]. . !? //

1 συναρρο, P, cf. P. Lips. 97 XIII 9 al. θῶ P κτημά P Σ P 3 ἔξωτικ/ P  
τοπ/ P

Haec κτήματα in Arsinoita fuisse videntur. Ἀγήρων et Ψαατις quidem plane ignota sunt nomina, cetera agnosci posse puto praeter Μελανθίον κτῆμα. Μελάνθιος est nomen Graecum, quod in papyris III et I a. Chr. n. saeculi invenitur, cf. P. Hib. 118, 70; Ostr. Par. 2, 5; et οὐλῆρος quidam Μελανθίον memoratur Oxy. IX 1188, 23 (a. 13 p. Chr.), cf. P. Hib. 111, 2 (ca. a. 250 a. Chr.). Ceterum possis de melanthio cogitare, quod nunc vocant ni-

1) Cf. quae collegit Gelzer, *Studien zur byzantinischen Verwaltung Aegyptens* p. 86 et P. Iand. 51.

gellam sativam (*Schwarzkämmel*). Θμονει cui addita est Coptica vox επακε, idem esse puto ac Τμονει, quod saepius legitur in papyris, cf. PER geo. (= Wessely, Stud. Pal. X) 15, 6; 64b 35; 167b 1, quae omnes saec. VII/VIII in Arsinoitae regionibus scriptae sunt (alterum vicum Θμονει extra Arsinoitam situm habes in P. Par. 18, 13). Ἀμώει et Ἀμόι PER geo. 297 V 5; 299, 4 coniungi posse videntur, quibus fortasse addenda sunt Ἀμαῖ, Ἀμμοῦ, Ἀμοῦ.

Πεξούλις nomen exstat etiam PER geo. 70 II 9, ubi pro πεξψ[ legendum esse Πεξούλι Wessely per litteras de hoc loco certior factus mihi assensus est.

πτῆμα illis temporibus proprie significat possessionum partem, quae singularis colonis data est quasi ἴδιον, cf. Gelzer, *Studien* p. 85. Qui praeterea nominantur ἔξωτικοὶ τόποι, fuisse videntur possessiones extra latifundiorum corpus sitae.

## Aversa pagina

1 [(πρὸς) τοῦ δεῖνος (ὑπὲρ) Μηχ(ανῆς)] Πετνούρεως σί(του) με(μετρημένου) (ἀρτάβαι) μδ καὶ (ὑπὲρ) Μεγάλ(ον) Λεπτίν(ον) κατὰ τὸ φ μέρ(ος) (ἀρτάβαι) θψ χο(ίνικες) ζ [γ]ι(νεται) μ[ε] (μετρημένου) (ἀρτάβαι) νγψ χο(ίνικες) ζ

2 [αὶ καρχ(έλλον) (ἀρτάβαι) ξδψ δια] πίσμα(τος) εξ (ἐκατοστῶν) ια (ἀρτάβαι) ξ χο(ίνικες) ζ ἀναλόμα(τος) προ(σμετρούμενα) (ἀρτάβη) α συμμά(χων) (ἀρτάβη) ζ ἀμε(λείας) χο(ίνικες) δ σιτομε(τρικοῦ) (ἀρτάβη) ζ φ γι(νεται) [(ἀρτάβαι) οδψ χ β]

3 [(πρὸς) τοῦ δεῖνος Χ] Ματθία πρε(σβυτέρον) καὶ Όννοφρο(ν) (ὑπὲρ) Μηχ(ανῆς) Κυλλ(ῆς) σί(του) με(μετρημένου) (ἀρτάβαι) ηθ αὶ καρχ(έλλον) (ἀρτάβαι) λδψ χο(ίνικες) β διαπίσμα(τος) εξ η φ χο(ίνικες) β (ἐκατοστῶν) ι (ἀρτάβαι) γζ χο(ίνικες) ι

4 [ἀναλόμα(τος) προ(σμετρούμενα)] (ἀρτάβη) α συμμά(χων) (ἀρτάβη) ζ ιθ ρη  
ἀμε(λείας) χο(ίνικες) δ γι(νεται) (ἀρτάβαι) ηθ  
(ἀν)εμετρ(ήθησαν) (ἀρτάβαι) ι εζ λοι(παὶ) (ἀρτάβαι) ηθ

5 (πρὸς) Απολλῶ Χ Ποατροησίο[ν] (ὑπὲρ) Μηχ(ανῆς) Ατρήτος σί(του) με(μετρημένου) (ἀρτάβαι) οξ καὶ (ὑπὲρ) Μεγάλ(ον) Λεπτίν(ον) κατὰ τὸ ἄλλ(ο) φ μέρ(ος) σί(του) με(μετρημένου) (ἀρτάβαι) θψ χο(ίνικες) ζ

6 γι(νεται) με(μετρημένου) (ἀρτάβαι) πιψ χο(ίνικες) ζ αὶ καρχ(έλλον) (ἀρτάβαι) οδψ χο(ίνικες) β θ διαπίσμα(τος) εξ (ἐκατοστῶν) ια (ἀρτάβαι) ια ζ άναλόμα(τος) προ(σμετρούμενα) (ἀρτάβη) α συμμά(χων) (ἀρτάβη) ζ ἀμε(λείας) χο(ίνικες) η

7 σιτομε(τρικοῦ) (ἀρτάβη) αζ χο(ίνικες) η γι(νεται) (ἀρτάβαι) οιθ χο(ίνικες) η

8 [ . . . . . ]. κρα.. δ καὶ φουλ( . . . ) π vacat

1 σι/ μέ P, cf. P. Teb. 159 (descr.)      ε- P, cf. P. Oxy. I 127, 1      χ P  
μεγάλη λεπτίνη P      μερή P      η P [γ]η P      2 διαπισμάτων P      αναλώματων  
περί P συμμάτων P      αναλώματων P      3 πολέμων P      μηλέων P  
4 διεπεργίας P      λοιπής P      5 ρ P, cf. Wilcken, Arch. IV p. 426      χ = διά?  
7 σιτοφόρων P      8 φοντών P

Notandum est in omnibus colonorum solutionibus artabas quae nomen non habent aequatas esse ad καγκέλλου artabarum rationem. Permagna erat in Aegypto mensurarum varietas omnibus temporibus, praesertim Byzantinis (cf. Wilcken, *Ostraka* I n. 738 seq., *Grundzüge* p. LXVIII seq.; Hultsch, *Arch.* II n. 283 seq.). Variabantur metra singulis in vicis, quin etiam κτήτορες suam quisque habebant mensuram. Qua re fit, ut legamus saepius in papyris constitutum, quo artabarum genere solvendum sit (cf. Waszyński, *Bodenpacht* p. 109 seq.) vel aequatum alterum ad alterius rationem artabarum genus.

In Iandana quia nomen non adscriptum est priori artabarum generi, concludemus notam atque usitatissimam fuisse artabam, qua coloni in metiendo frumento utebantur, cum apud thesaurum domini poscerentur καγκέλλου artabae.

Quantae autem fuerint artabae, si fieri potest, ex aequationibus eruendum est. Aequantur l. 3 29 artabae sine nomine cum 34,75 artabis καγκέλλου, quibus additae sunt duae choenices, et l. 6 86,75 artabae prioris generis et sex choenices cum 104,25 alterius generis additis duabus choenicibus. Iam cum sciamus choenices sibi constare, numerum modo variari in artabis, si statuerimus habuisse priorem artabam x choenices, alteram y, scribere licebit nobis

$$\begin{aligned} 29x &= 34,75y + 2 \\ 86,75x + 6 &= 104,25y + 2. \end{aligned}$$

Quae si eruerimus, inveniemus  $x = 40$ ,  $y = 33,3237$ . Scrupulum movet, quod y non praebet numerum plenum, praesertim cum alios numeros praebant summarum aequationes. Penduntur ab Onnophrio eiusque socio 34,75 καγκέλλου artabae 2 choenices + 3,5 art. 10 choen. + 1 art. + 0,5 art. + 4 choen. = 39,75 art. 16 choen., pro quibus cum scriba ponat 40 art. 8 choen., artabam 32 choenicum aestimasse videtur. Contra, cum pendat Apollos 104,25 artabas καγκέλλου 2 choenices + 11,5 art. + 1 art. + 0,5 art. + 8 choen. + 1,5 art. 8 choen. = 118,75 art. 18 choen., quod ille scripsit 119 art. 8 choen., καγκέλλου artabam 40 choenices habuisse dixeris. Quae cum ita sint, certus artabarum numerus ex hisce aequationibus erui non potest. Sed multa expertus verisimilium esse inveni artabam sine nomine habuisse 36, καγκέλλου artabam 30 choenices, quae aptissima esse rationes docent.

Solvuntur enim l. 3

29 art. 36 choenicum [= 1044 choen.] = 34,75 καγκέλλου art. + 2 choen. = 1044,5 choen.  
διαπισμάτων 10% [= 104,4 „] = 3,5 „ „ + 10 „ = 115,0 „  
αναλώματων [= 30,0 „] = 1,0 „ „ = 30,0 „  
συμμάτων [= 15,0 „] = 0,5 „ „ = 15,0 „  
άμετελέων [= 4,0 „] = 4 „ „ = 4,0 „  
σιτοφόρων [= 22,5 „] = 0,75 „ „ = 22,5 „  
[= 1197,4 ch.] = 39,75 καγκέλλου art. 16 choen. = 1208,5 choen.  
vel cum scriba [pro 7,5] 8 choenices esse quartam partem artabae statuerit  
= 40 καγκέλλου art. + 8 choen.

Erravisse videmus scribam in computandis centesimis 10,6 choenices addentem<sup>1)</sup>; recte autem vel potius fere recte ponit octo centesimas = 84,5 [83,52].

Erravit idem in subtrahendis 15,5 artabas: non iam restant 24 artabae, ut notatum legimus l. 4, sed tantummodo 23,75 fere, nam 8 choenices quartam fere, non dimidiam artabae partem explent.

Solvuntur l. 5

86,75 art. 36 choen. + 6 choen.	[= 3129 choen.]	= 104,25 καγκέλλου art. + 2 choen.	= 3129,5 choen.
διαπισμάτων 11%	[= 344,19 „]	= 11,5 „ „	= 345,0 „
αναλώματων	[= 30,0 „]	= 1,0 „ „	= 30,0 „
συμμάτων	[= 15,0 „]	= 0,5 „ „	= 15,0 „
άμετελέων	[= 8,0 „]	8 „ = 8,0 „	= 8,0 „
σιτοφόρων	[= 53,0 „]	= 1,5 „ „	= 53,0 „
	[= 3579,19 ch.]	= 118,75 καγκέλλου art. 18 choen.	= 3580,5 choen.

Paululum erravit scriba = 119 „ „ „ 8 „ „ „ scribens, nam 8 choenices quartam artabae partem explere solent, cf. supra.

Quoniam alterius et tertiae aequationis rationem perspeximus, etiam quae exciderunt in prima supplere possumus. Solvuntur l. 1

53,75 art. 36 choen. + 6 choen.	[= 1941 choen.]	= 64,75 καγκέλλου art.	= 1942,5 choen.
διαπισμάτων 11%	[= 213,51 „]	= 7,0 „ „ + 6 choen.	= 216,0 „
αναλώματων	[= 30,0 „]	= 1,0 „ „	= 30,0 „
συμμάτων	[= 15,0 „]	= 0,5 „ „	= 15,0 „
άμετελέων	[= 4,0 „]	4 „ = 4,0 „	= 4,0 „
σιτοφόρων	[= 22,5 „]	= 0,75 „ „	= 22,5 „
	[= 2226,01 ch.]	= 74 καγκέλλου art. 10 choen.	= 2230 choen.
	vel	= 74,25 „ „ „ 2 „	

Atque haec de rationibus, iam ad singula accedamus.

1 Πετνούρεως: cf. Πετνοῦρις P. Petr. 20 passim; 117 passim. τόπος Μεγάλου Λεπτίνου, cum pro quarta parte solvantur 9,5 artabae 6 choenices, universum praebet ἐκφόρου 38 artabas 24 choenices; erat igitur minoris pretii quam μηχανὴ Πετνούρεως. Λεπτίνης: in papyris legi κλῆρος Λεπτίνου Καπέλλου P. Strassb. 78, 7, qui erat pars οὐσίας Προφητικῆς in Hermopolita sitae. Notatu dignissimum est, quod excepta l. 2 scribitur  $\frac{1}{2}$  (=  $\frac{1}{2}$ ) si additus est minor numerus,  $\frac{1}{2}$  si non additus est.

2 Sequuntur pensiones extraordinariae, quae magnam praebent difficultatem explicanti. Iam in prima haeremus, quae dicitur διάπισμα. Quod nomen lexicis alienum cum primum innotuisset, falso intellectum est (cf. Wilcken, Arch. I p. 310 vel quae protulerunt Grenfell et Hunt ad. P. Oxy. I 133, 14 et Wilamowitz, G. G. A. 1898 p. 689) neque adhuc plane perspeximus notionem; scimus modo esse solutionem extraordinariam factam ab eo qui conduxerat agros (cf. etiam Rostowzew, Kolonat p. 179), saepiusque notatam, si pendebatur σῖτος φυταρός (cf. quae annotaverunt editores ad P. Teb. 311, 29). Exactum igitur videtur esse τὸ διάπισμα, quia frumentum non erat cribris succretum, quae ratio ad Iandanae quoque contextum quadrat. Prae-

1) [Nempe hic quoque non 10, sed 11 centesimas (= 114,84) computavit. K.]

terea autem alio sensu usurpatam fuisse vocem ostendunt P. Teb. 311, 26; 373, 15/6; Oxy. VIII 1103, 6; Lond. 856, 16, vol. III p. 92. ἀνάλωμα quid sit non habeo; aliud est apud Preisigke, *Griowesen* p. 237. Constant rationes, ubique penduntur singulae artabae. Constant etiam extraordinaria, quae penduntur συμμάχων vel συμμάχικον, quod tributum, quantum quidem video, nusquam alibi legitur. Videtur esse solutum a colonis pro domini ministris, nam σύμμαχος illis temporibus idem sonare videtur ac minister, cf. P. Oxy. I 154 R (a. 618); vide etiam Bell ad P. Lond. IV 1416, 64. Differebant autem pro solutis frumenti rationibus quae sequuntur, ἀμε( . . . ), cuius explicationem ἀμε(λείας) propono inspectis P. Teb. 61(a), 176; 66, 57; 67, 71; 68, 84, et σιτομε(τρικόν), quod Romanorum temporibus pensio erat pro metiendo frumento, cf. Preisigke, *Griowesen* p. 113 n. 3. Sitometrae tum erant ministri vel adiutores sitologorum, Byzantinorum temporibus non iam, sed erat certus sitometrarum, qui tributi exactionem curabant, ordo (cf. Gelzer, *Studien* p. 91) atque horum praemium erat τὸ σιτομετρικόν. — Omissa est pensio 1. 4.

3 *Mηχανή Κυλλή*: μηχανή saepius fundum significat, cf. PSI 71, 14 et CIGR. XII 3, 349, 3 (Knackstedt, *De praediorum et mansionum appellatio-*nibus Graecis Marp. 1912, p. 51). Nomen fortasse derivatum est a machina, qua fundus irrigabatur, praesertim cum singulare machinarum genus fuerint αἱ κυλλαῖ, cf. P. Lond. 776, 8 seq.; vol. III p. 278; Oxy. I 197 (descr.).

4 (ἀν)εμετρήθησαν legi, potest etiam suppleri (ἀπ)εμετρήθησαν, sed neque hoc neque illud verbum eadem notione repperi in papyris.

## 64

## RATIO EXPENSORUM

(P. 65)

saec. p. Chr. VII

10,2 &gt; 9,5 cent.

Hanc proponam papyrum, quamquam vel potius quia non expediti. Novies legitur excepto uno loco (l. 2) idem. Videtur autem fuisse ratio expensorum, cuius in sinistra parte nunc desperita dies indicatos fuisse crediderim. In aversa pagina 11 versuum reliquiae exiles.

[περ( ) κ( ) βαλ( ) κ(εράτιον) α [βοηθ(ῳ) κ(εράτιον)]  
]. περ( ) κ( ) βαλ( ) κ(εράτιον) α βοηθ(ῳ) κ(εράτιον) q. [  
]. περ( ) κ( ) βαλ( ) κ(εράτιον) α βοηθ(ῳ) κ(εράτιον) [  
]. περ( ) κ( ) βαλ( ) κ(εράτιον) α βοηθ(ῳ) κ(εράτιον) [  
5 ]. περ( ) κ( ) βαλ( ) κ(εράτιον) α βοηθ(ῳ) κ(εράτιον) [  
]. περ( ) κ( ) βαλ( ) κ(εράτιον) α βοηθ(ῳ) κ(εράτιον) [  
]. περ( ) κ( ) βαλ( ) κ(εράτιον) α βοηθ(ῳ) κ(εράτιον) [  
]. περ( ) κ( ) βαλ( ) κ(εράτιον) α βοηθ(ῳ) κ(εράτιον) [  
]. περ( ) κ( ) βαλ( ) κ(εράτιον) α βοηθ(ῳ) κ(εράτιον) [  
]. [περ( ) κ( ) βαλ( )] κ(εράτιον) α βοηθ(ῳ) κ(εράτιον) [

1 sqq. περ/ κ/ βαλ/ κ/ α βοηθ/ κ/ P 2 q = ἡμισυ?

Quae supplenda sint, non intellego. Possis fortasse legere περ(ι)γύρης οἱ βαλ(ανεῖ). βοηθοὶ erant adiutores vel ministri, cf. Meyer P. Giss. I p. 104 II.

## 65

## INDEX HOMINUM

(P. 30)

saec. p. Chr. VII

12,4 &gt; 15,8 cent.

Index est scriptus ab homine inerudito, nam et orthographia et scriptura magnis litteris uncialibus exarata pessima est.

- χμγ
- + *Μηνᾶ Ἀραβίντα*
  - Παπνοῦθι Τανονβίτες*
  - Φιβ Πανλακίον
  - 5 *Φιλάθεως*
  - Ιωάννου Κουσταντίνου*
  - Φιλύμων Κωχλαίτον*
  - Λούκιος Βεριταξάθεως*
  - Ἄπα Κίρις*
  - 10 *Κάλωθεως Ιωάννου*
  - Μαιουρᾶνως*
  - Φιλάξενως ἀπὸ τριβούνων*
  - Φιβάμων Ανασίτα*
  - Μενι. . . Ιοίνις*
  - 15 *M. φη[*
  - 21. *Μηνᾶς* 31. *Παπνοῦθις Τανονβίτον* 51. *Φιλάθεος* 61. *Ιωάννης*  
*Κουσταντίνου* 71. *Φιλήμων* 8 λ/ P 1. *Περιτοξόθεος?* 91. *Κῦρος*, cf. P. Flor.  
71, 653; 87, 8 101. *Κόλλαχονθος* 111. *Μαιουρᾶνος* 121. *Φιλόξενος* 1. *ἀπὸ*  
131. *Φοιβάμων* 141. *Εἰρήνης*

1 χμγ: cf. Gardthausen, *Griechische Palaeographie* II p. 309.

2 Arabintae nomen cohaerere videtur cum nomine Ἀριοβίντης, quod est rarissimum; semel exstat P. Strassb. I 1, 1. Cf. Thumb, *Koinή* p. 44.

3 *Τανονβίτης* nomen coniungendum puto cum nomine Θάνονβίς P. Zois I 10 II 20 et cum feminina forma *Τανονβίτινα*. Praebet nomen articulum Aegyptium et nomen dei Anubis.

8 Ἄπα: cf. Meyer ad P. Giss. I 57, 1.

10 *Μαιουρᾶνος* idem est ac *Μαιουρᾶνός* vel *Μαιουρᾶνος*, *Μαιορᾶνος*; sic enim variatur nomen imperatoris Maioriani, qui regnum obtinuit 457—461.

*Μαυριανός* legitur in titulo CIGr IV 9734, *Μαιορῖνος* ibid. 9863, *Μαιορῖνος* traditum est in Ioannis Antiocheni fragmentis 201, 202, 203 Müller.

12 ἀπὸ τριβούνων: cf. P. Iand. 43, 3.

13 Αὐστίτης i. e. Όαστίτης, cf. Αὔστις pro Όαστις P. Grenf. II 50(b) 3; de Oasitis vide Pape, *Griech. Eigennamen* s. v. "Οαστις. Cf. Thumb l. c.

## 66

### APOCHA KATABOΛΗΣ

(P. 31)

saec. p. Chr. VII vel VIII

7 &gt; 10,5 cent.

Καταβολῆς Θεοδώρου  
κηπουροῦ κήπου  
βασιλικῆς ὑπὲρ  
ιδ ἵνδ(ικτίωνος) [ο]ὗτως  
5 παχῶν υ νο(μίσματα) β παρ(ὰ) υ(εράτιον) |  
παῦνι δ νο(μίσμα) α παρ(ὰ) <υ(εράτιον)> |  
υ(αὶ) ὑπὲρ φόδων κε(άτια) β  
. . . . . v[

1 Θεοδωρού P 31. βασιλικοῦ 4 δ// P 5 6 ν P 7 υ P 8 margo  
inferior non exstat

1 ονταβολή: Illis temporibus annum tributum tribus pensionibus solvatur. Quaternis mensibus exactis nova fiebat ονταβολή, quae ipsa quoque compluribus rationibus solvi poterat (cf. Bell, P. Lond. IV p. 86seq., Maspero in praefatione P. Cair. Cat. 67138). Non notatum est hac in papyro, quae fuerit ονταβολή, sed concludi posse puto, cum Pachon et Payni, nonus et decimus anni mensis, nominati sint, de tertiae ονταβολῆς solutionibus agi.

4 οὕτως: cf. P. Lips. I 62 I 8; voluntate erasum videtur.

5 παρὰ: cf. P. Iand. 37, 12.

7 ὑπὲρ φόδων: fortasse χειρωνάξιον quod dicitur erat hoc vectigal.

## 67

### RATIUNCULA

(P. 63)

saec. p. Chr. VII vel VIII

7,7 &gt; 6,2 cent.

Est ratio data a mercatore quodam ad hominem, qui res et ad luxuriam et ad victum pertinentes ab eo acceperat.

+ σὺν θ(εῷ) ὑπομνηστικό(ν)

ἔλαιον καλοῦ νό(μισμα) α  
θυμιάμ(α)τ(ος), σκορπίτ(ον) μαύρον,  
πυκτ(ικῆς), σκαμω(νίας) α  
5 ιχίνον παστοῦ νο(μίσματος) γ

1 υπομνηστικό/ P 5 ιχινού P, 1. ἔχινον

1 ὑπομνηστικόν semel modo legi: P. Gen. 79, 1 δ. Ρωμανοῦ ... πρὸς τὸν ... Γητάδιον ἀπερχόμενον.

3 Scorpites niger quid fuerit, pro certo diiudicari nequit. Plin. N. h. 37, 187 de lapidibus tractans scorpitum nominat ita dictam propter colorem vel formam, postquam 37, 139 narravit achatae inesse vim salubrem contra scorpionum ictus. Fortasse haec coniungenda sunt. Cogitari potest fuisse ornementum ex nigro achata factum, quod amuleti loco secum portabat qui emerat, ut tutus esset a scorpionibus.

4 πυκτική scil. ἔμπλαστρος: cf. Gal. XIII 510, 17 K. ἐν δὲ τῇ τοῦ Μενοίτου μηλίνῃ τῇ πρώτῃ τῇ πυκτικῇ καλονυμένῃ, διότι μάλιστα οἱ πύκται χρῶνται τῷ φραμάκῳ, κτλ. σκαμωνία: cf. Diosc. IV 170 (II p. 318 Wellmann).

5 ἔχινος παστός ad victimum pertinebat, ταρίχα persaepe nominantur in papyris, cf. Wilcken, *Ostraka* I p. 139 n. 3. Echinos Romanis gratos fuisse cibos traditum est (cf. Hor. sat. II 4, 33) atque etiam in salsaamento conditos fuisse notat Palladius De re rust. XIII 6.

## APPENDIX LATINA

68

## RESCRIPTUM

(P. 103)

saec. p. Chr. II

33 × 28,6 cent.

Hanc chartam misere dilaceratam esse eo magis dolendum est, quia magni momenti sunt ea quae legimus exstantia.

Duabus columnis, quarum alterius initium servatum est, praebet rescriptum imperatoris, quo respondetur, quibus condicionibus homini cuidam liceat in corpore chiristarum manere. Conceditur petenti, ut ille pro quo rogat maneat, si ei locum fertilem invenire possit, ex quo quatuor sestertia annua consequatur (col. II 26 seq.). Qua re quod adhuc ignotum erat accipimus, corpore coniunctos fuisse et censum habuisse chiristas. Qui erant magistratus minores, quibus, cum fuerint peritissimi muneris officiorum, debetur, quod nullis fere cum administrationis incommidis fiebat crebra illa magistratum liturgicorum successio.<sup>1)</sup> Allecti igitur erant in corporibus, quae praebuisse privilegia et immunitatem perspicuum est.<sup>2)</sup> Neque mirum ab eis pro hisce privilegiis posci cautiones, ut legimus col. I 27 seq.; habere oportebat chiristam censem non minorem triginta milia sestertium vel quod idem videtur esse quatuor annua sestertia (= 13<sup>1</sup>/<sub>3</sub> centesimas census). Haec nova sunt nec levia non solum ad chiristarum condicionem illustrandam, sed etiam ceterorum huius generis magistratum, nam horum quoque rationem non aliam fuisse veri simillimum videtur et comprobatur testimonio papyri Gissensis 11.

Huius vero papyri chiristae accidisse videtur, ut non iam censem haberet, quam ob rem corpore cedere debebat, quod ut evitaretur, certa quadam ratione experti esse videntur. Altera enim res, quae minus aperta est quam ut plane perspiciamus, diiudicatur col. I 19 seq. Videtur chirista noster alii rem suam tradere voluisse, commemorantur enim qui,

1) Vix putaverim chiristas fuisse liturgos, quamquam huic sententiae favere videntur quae legimus de censu et annuis redditibus.

2) Cf. D 50, 6, 6, ubi memorantur etiam *navigularii*, de quibus vide P. Giss. 11, 11.

ne singulas administrationis partes custodire debeant, formam rei mutare malint alii tradentes, a quo pecuniam annuam accipient. Quod tamen refutatur allatis praefectorum constitutionibus, quae erant firmatae rescripto divi Hadriani, qua re id quoque demonstratur saepius hac ratione usos esse Aegyptios, quam in magistratibus quidem qui censum habere debebant non passi sunt iuris consulti Romani.<sup>1)</sup>

## Col. I

[	36 fere litterae	]
[	36 "	]
[	33 "	]ch[i-]
[rist..	30 "	]sunt[.]
⁹ [	33 "	]ta[.]
[.....].[	19 "	]n.ut.n[.]
[...].[...]uterq[u..	15 "	]ut ali[o]s
[ch]iristae corpus iunct[um...].vum salutis		
[h]ac..n.[.]s intus [a]lium ae[....].s erit[.]a[.]		
10 [ii]s cor[pu]s detur pretium [....].da]ri putabis		
...u.s et addis cen[sum	10—12 litterae	]ut quod
sat[is] eri[t], annum[	15 fere	]um[.]
.a...em semper[	16 "	]hoc
ius		
[.].[....].J tam eum	17 "	]s
15 c[o]rpus q[uod] est in .l.[.].[.].[....] est [..].		
aliquoti[ens i]nc[e]rta ..pret[....].qu[.].		
...[.].[.p]utaveru[nt] et consti[.].a.s ..et.s.		
...[.].[.].[.].[.].ei quam [....].s [..].		
[....].form]am rei mutari pecun[ia]m a[nnua]m		
20 s.isl[.].i quam singulas partes admini[stratio]ni[s]		
custodire pra[e]f[e]re[bant] quidam [..].		
[t]aq[ue]t]am pecuniam annuam iis p[e]rmitte[re]		
[ut] in se res transferretur. H[u]ius modi con[ce]s-		
tae		
[si]ones semper refutare sunt. Divus quoque		
25 [Had]r[iamu]s rem admittendam non putavit con-		
firmati[s] praefectorum cons[t]itutionibus,		
qui[bus] etiam hoc adiectum erat [op]orter[e] ch[i-]		
rism censem habere non min[o]r[em] quam tr[i]g[in-]		
[t]a milia [H]S et tantum ab[.].[.].ali quidem		
30 [....].qui et[i]am ad fili[o]s e[os]q[ue] exte[ros]		

1) Cf. quam nunc habemus institutionem, quae Romanis non erat accepta, quam vocamus *Leibrente*.

Col. II		
<i>Istum[</i>	32 fere litterae	/
[...] <i>Jrēm[</i>	28 "	/
<i>dē[e]ram pr[</i>	29 "	/
<i>et dēleri ch[irist]</i>	22 "	/
5 <i>pri[d]em actus[</i>	27 "	/
<i>tua et constitū[</i>	24 "	/
<i>temporis et[</i>	26 "	/
<i>er[...]. . . ex[</i>	28 "	/
<i>patr[e]m tu[um</i>	29 "	/
10 <i>praef[ect]</i>	29 "	/
<i>no[.] . . . [</i>	31 "	/
<i>se sua[m]ve [</i>	29 "	/
<i>du[o]b[u]s se[stertiis</i>	22 "	/
<i>ta[.</i>	34 "	/
15 <i>que[</i>	34 "	/
[. . . [	35 "	/
<i>t. . . [</i>	34 "	/
[. . . [	35 "	/
<i>re...r[</i>	32 "	/
20 <i>possit na[</i>	29 "	/
[. . . ]. [ <i>grationi qua[m] f]erax de quo scribis lo[c]u[s sit]</i>	30 "	im- vel perpe-]
<i>si. . . tam[n] i]n du[bii]s est tamqu[a]m ea resolu[tione]</i>	25 "	inte-]
25 <i>[tione] chiristarū et tu[i]s t[. . .]. senten[tiis.]</i>		
<i>Potes ergo invenire ei loçum ex qu[o] qua[ttuo]r</i>		
<i>sestertia annua consequat[u]r, ut qu[o]d pe[titum]</i>		
<i>est, in hoc corpore maneat deince[p]s. [V]ale.</i>		

Dat(um) Id. Febr. .... re

30 a. [...].t. .... . . . . .

Col. I 14 *ius postea suprascriptum* 21 *pra[e]f[e]rēbant* Oertel 24 *re-*  
*futatae ex refutarte corr. vid.* 27 *[op]orter[e]* Wilcken 28 *min[o]r[em]*  
*Wilcken* 29 *milia* Wilcken *exte[ros]* Oertel Col. II 27 *pe[titum]* Oertel

Col. I 8 Chiristas saepius in papyris invenimus commemoratos. Tem-  
 poribus Lagidarum adiutores erant exactorum, quibus et pecuniae (cf. P. Teb.  
 121, 84; 188) et frumenta (cf. P. Hib. 74, 1; Teb. 115, 22; 119, 5) pen-  
 debantur; sed etiam trapezitae minister huius nominis memoratur P. Lond.  
 27, 2; 31, 7, vol. I p. 14, 16, de quo conferas velim Wilcken, *Ostraka* I p. 637.  
 Romanorum autem temporibus eodem modo in exigendis tributis aderant exac-  
 toribus pecuniarioribus et nomarchis, cf. P. Teb. 348, 1; 349, 2; 473; Lond.

181(a), 10, vol. II p. 147; 1157, 25, vol. III p. 63; Giss. 75, 4; 94, 3; BGU  
 14, 6; 345, 5; 429, 11; 991, 2; Oxy. IV 734, 3; VI 995; Gen. 17, 7; 77, 2;  
 Grenf. I 51, 15; Fay. 63, 7. Praeterea autem aliorum quoque magistratum  
 ministris hic titulus erat, cf. P. Oxy. I 174; II 345; 346: ἐπιτηρητής καὶ χ-  
 καταλογισμῶν Οξεόρυγχετον, de quo vide Preisigke, *Griewesen* p. 511; P. Oxy. I  
 58, 7 χ. οὐσιῶν ταμιακῶν. Quin etiam privatorum hominum ministros sic ap-  
 pellatos esse ostendunt P. Strassb. I 6; 7; 8. Quo factum est, ut Suidas per  
 αὐτονομόν, ὑπηρέτην vocem explicaret, atque hunc ad usum respicientes —  
 contra Crönert, *Stud. Pal.* IV p. 84 — vocem Byzantinam οἰνοχειριστής inter-  
 pretabimur. Erat hic privatorum hominum minister, qui vinorum habebat  
 cedam, cf. P. Oxy. I 141, 1; 150, 1; VIII 1131, 2, ubi recte extare genetivum  
 inuicantem, cuius sit minister ille οἰνοχειριστής, neque supplendum esse *παρα*—  
 pptaverim. — Ceterum non ad omnes chiristas huius papyri verba quadrare  
 aparet, de exactorum adiutoribus hic agi putaverim.

26 Constitutio dicitur edictum praefecti, quia locum tenet imperatoris;  
 horum enim edictorum propria haec vox est, cf. Gai I 5; D 1, 4, 1, 1.

Col. II 10: Apposita est aeque ac l. 12, 19, 23 διπλῆ; notavit qui ac-  
 ceperat rescriptum locos qui erant maioris momenti.

23 ferax locus: constat etiam a liturgis postulatam esse agrorum pos-  
 sessionem, cf. Wilcken, *Grundzüge* p. 342.

27 Non nimium videtur quod poscitur; nam illis temporibus sestertius  
 idem valebat quod drachma Aegyptia.

Annecti liceat eiusdem fere aetatis frustulum perexiguum et epistulae  
 Byzantinae inscriptionem.

### 68 a

#### FRUSTULUM

(P. 116)

saec. p. Chr. II

6,3 × 4 cent.

[. . .] *quin*  
*in portum[*  
*superior[*

### 68 b

#### INSCRIPTIO EPISTULAE

(P. 161)

saec. p. Chr. V vel VI

19,3 × 10,4 cent.


Quamquam argumento huc non pertinet, tamen adiungendam praecedentibus putavi papyrum, quia et ipsa Latinis est litteris exarata. Inscriptio est epistulae, quam cornicularius quidam ad sodalem dedit.

† *Fl(avius) Symeonius corniculariu<s> sodali †*

*F75 P*

Cornicularii, de quibus conferatur Fiebiger PWRE s. v., memorantur  
 P. Oxy. VII 1022, 27 (a. 103 p. C.); BGU 610, 5 (a. 140); 435, 8/9 (saec. II/III);  
 1067 (a. 199), prima ergo Byzantini cornicularii mentio exstat in Iandana.  
 [Accedit nunc P. Oxy. X 1253, 12 saec. IV. K.]

Qui haec conscripsit iuvenis optimae spei Georgius Spiess, paucis diebus postquam opusculum suum typis describendum ad bibliopolam misit, infeliciissimo casu abreptus summo cum dolore matris magistrorum amicorum discipulorum mortem obiit. Libellus ut ederetur insigni pietate curaverunt societatis Fridericianae Marpurgensis sodales.



truncatae aperte et levatae acutis terminali 0.075  
longitudine 0.055 hinc ipsa pars est sufficiens  
ad hanc partem pertinet etiam pars dicitur  
longior et levior et levatae aperte et levatae  
acutis terminali 0.075 hinc ipsa pars est sufficiens  
ad hanc partem pertinet etiam pars dicitur

imperforatae et levatae aperte et levatae  
acutis terminali 0.075 hinc ipsa pars est sufficiens



68b Inscriptio epistulae



68 Rescriptum

REV15

EV15

ÚK PrF MU Brno



3129S04405